


P. Stampa Giuseppe

ad praeclarissimum arcanae Pastorem
Srinium regiosum
cum egregia nobili puella nuptias celebrantem
Euristens Parbaricus
Elegia

17-12



40
98

Ad praecalrissimum

Arcadiae Pastorem

Irindum Aegiensem

cum egregia nobili puella nuptiis celebrantem

Euristeus Parebasius

Arcadiae Pastor

Vitam, salutem, felicitatem, ac prolem

~~Epistola~~ Epistola haec scripta est ad Euristeo Parebasio Arcadiae Pastore, dum Grabedonae oppido antiquo ad ripas Larii sito autumnum agebat ad Irindum Aegiensem Arcadiae Pastorem Senogalliae degentem.

Pro Irindo Aegiensi intellige nobilissimum iuvenem Comitem Franciscum Mariam Baldasinum. Pro Euristeo Parebasio intellige Iosephum M. Stampa Somasch. Congreg. sacerdotem, olim Romae in Clementino Collegio Rhetoricae praeceptorem.

I mea deposito festiva elegia luctu; (1)

prospera coniugibus fer mea vota novis.

Oh, mihi fors esset, quo tu contendis, eundi

ut facerem invidiam, quam facis ipsa mihi.

Perge, viamque tene, qua reddit Larius haustis (2)

nomen, iterque summ ponte revinctus, aquis.

~~Teque per aureos hac dirigit abdua campos~~
Teque per aureos hac dirigit abdua campos

(3)
divite; frugiferum qua rigar amen solum.

Donec ad Eridanum (4) fluvio deducta secundo

laetus ad Adriacum sit duce victa Pado.

Tunc maris Adriaci latus arripere, littera (5) dextrum

quam mergit pelago molle (6) Ravenna femur.

Recta hinc perge via, qua longa reverberat aequor

littora, et attiguos excolit (7) à umber agros.

Veneris ut (8) rigidi pendent ubi signa Camilli

quae primum domito victorab hoste tulit,

(9) moenia prospicies, et quae nova nupta colebat

(10) flumina caeruleas inter alumna Deas.

Progredere. Hanc olim sibi dives Isaurus alebat,

viam (12) ut caecae fanum consurgere Divae,

non procul hinc, dices, est mihi meta viae.

Perge igitur, celeremque super transvecta (13) Metanum,
trajice littoreum, quod breve restat, iter.

Structaque ut occurrent (14) Senonum sub nomine quondam
moenia, tunc stabili fessa frueri mora.

(15) Montibus hic geminis Mons incubat unus, amorem
cuius oliva caput, pacis amica, tegit.

Mile sub exeso iuvenes sub ibi monte videbis,
mille sub arborea ludere fronde nurus.

Mille per irrigus circumfraga littora Misi
ducere faestivos sole cadente choros.

Cum sibus adspicies, cui sis transmissa (16) puellae,
cum simul invenies, sis cui missa (17) viro.

(18) Quae reliquis forma, qui maiestate praeibit,
non alios plane, quos petis esse scias.

(19) Fallere par candor, par fallere gratia nescit,
finge, quod illudi tu velis ipsa, nequis.

Elige tu Nympham, cui malis, littera, tradi,
non alii tradi, quam cui missa, velis.

Elige tu iuvenem, cui malis, littera, mitti,
non alii malis, quam cui missa, dari.

Iunctus uterque manu, licet alteri adhaereat alter,
nec vacet officiis ille, vel illa, tuis;

ne verearis. Adi. Non est quem laedere possis;

(20) tutius ut pecces, carminis ductor abest.

Videris ut nuptam dare brachia velle marito,
protinus in medioslabere, charta, sinus.

Solvat uterque manus, lapsamque ubi cognitus auctor,
te simul arripient, te simul ambo legent.

Iungite, dic illis, iterum simul ambo solutas

(non erat haec nobis invida cura) manus.

Absit, ut alternos ausim dissolvere nexus,

quos alterna pars iunxiti amore fides.

Nondum anima in vestros coelo descenderat artus,

talia cum vobis vincla parabat Hymen.

Vincla parabat Hymen, thalamique insignia vestri

iacetabat rutilam nocte per astra (21) facem.

(22) Ferruit inuictum felicia credere vulgus,
lucida sydereas fax imitata comas.

(23) Triste sed ut laeto iutavit lumine lumen,
sustulit ancipitem spes animosa metum,
Talibus auspiciis in vincula mutua lectos,
fas erat, et nasci conditione parâs.

Par virique pudor, par mens, par forma decebat;
formaque par vobis, mensque, pudorque fuit.
Quisquis in alterutrum defigeret ora, videbat,
quidquid et illa simul, quidquid et ille foret.

Da similes habitus neutrum dignoscere posses.
Non ita nix albâs par erat alba nivi.

Te, nova nupta, quidem non vidimus pre (24) maritum
vidimus. Illius tu satis ore places.

Par paris ore ore placet. Videt hoc, qui viderit illud.
Tu satis ore viri, sat placet ille tuo.

Vidimus (ob utinam tempus revocare liceret!)

(25) Martia dum coleret Tibridis arva puer.

Mens erat in lingua, cor apertum in fronte nitebat,
fulget ut e vitreo candidus anne lapis.

Blanda verecundos ornabat gratia vultus,
lilia purpureis nectere visa rosis.

Nec licet hanc puero formam natura dedisset,
qua Driades possent Naiadesque rapi,
captus amore sui, formam puer arte colebat,
nec semel est illam passus amore coli.

Nulla reluctantem devinxit amore voluptas,
solus anhelantem traxit amore labor.

Sentio nunc, iuvenis, quae nuptam forma decoret,
digna sit unde tuo lecta sit una Toro;
si paribus natura pares coniungere gaudet,
qui videt Irindum, te quoque, nupta, videt.

Nunc in alterius defixerat obvia frontem,
lumina, cum bovis tela parabat amor.

Viderat aequales vos ore, animoque, Cupido,
cum Veneri obversus; dic, age Mater, ait,
moribus aequales duo sunt, facieque; quid obstat,

quis ante frat, qui duo numer erant?
Bisit ad haec Genitrix, atque illasura: fac ergo,
mens quibus est eadem, sit quoque corpus idem.
Tunc (26) Amor, ut sacras Divae incostantis ad aras,
ferri, ac ferre pias vidit utrumque preces,
vulnere confixos, ut pectore iungeret ambos,
vos unum faciens, abstulit esse duos.

Ob ita semper amans tibi, nupta maritus ametur,
ob ita, vir, nuptam semper ~~ma~~ amandus amet.

Gignite progeniem, quae si non gesta parentum
vicerit, antiquos laudibus aequet avos.

Quid vincire novam parat (27) aurea fascia prolem,
impedit herculeas fascia muma manus.

Carceris impatiens angos praecurrit, et actis
praeveniet matris vota fidemque patris.

Quidquid grande poest, quodquid laudabile fingi,
(28) par habet exemplum, par opus illa domi.

Fortior ille manu scuthico inferet arma tyranno,
restituetque sacris templa crucemque locis.

Mitior (29) ille animo baculum distringet avitum,
servabitque Petro Pastor ab hoste gregem.

Vivite felices, et felix coniuge coniux,
Nestoris aetatem sospite sospes agat.

Ob ita suscepta felices prole parentes,
felicem videant ambo senesque senem.

Talia ut edideris responsum, littere, quaeres,
improba! sufficiant oscula, quae referes.

Note:

1) Elegia specie carminis luctuosi. Poeta igitur hortatur Elegiam suam ut
maerorem deponat, ac deinde viam docet, qua Senogalliam transvolet.
2) Larius, vuldo " Lago di Como ". Abdua in Larium influit sub Rhetiae mon-
tibus, atque iterum ex Lario effluit apud Leucum, ubi marmoreo ponte in

terminatur.

3) Frugiferum solum Insubriae, per quod fluit Abdua, donec Abdua in Padum
exoneratur inter Placentiam et Cremonam.

4) Padus influit in mare Adriaticum.

5) L.

galliam prolectariae

- 6) Ravenna urbs antiquissima Galliae Cispadanae in ora maris adriatici.
- 7) Paulo infra Ravennam ad ripas fluvii Rubiconis incipit Umbria. Vid. Calpurnium in Italiae antiquae descriptione.
- 8) Postquam veneris Pisaurum urbem Umbriae celeberrimam, de qua Scaliger: Hic Romae primum fulsit spes ultima victae, hoc est ubi primum Senones domiti a Camillo.
- 9) Nempe Pisaurum videbis patriam urbem novae nuptiae.
- 10) Intellige Pisaurum, sive ~~Pisaurum~~ Isaurum fluvium, ut Lucanus vocat, ex quo urbi nomen. Consule historias, et Calpurnium.
- 11) Misus fluvius alluens Senogalliam, qui ideus dicitur ditior, quia accipit in se novam nuptiam ex Isauro abductam.
- 12) Fanum Fortunae urbs Umbriae iuncta mari adriatico inter Pisaurum et Senogalliam.
- 13) Metaurus fluvius inter Fanum et Senogalliam.
- 14) Senogallia a Gallo-senomum gente constricta fertur.
- 15) Alluditur tribus montibus gentilitiis Baldasinae familiae, in quorum vertice oliva pingitur.
- 16) Intellige Nobilissimam M. Claram de Gozze puellam ex praecleara familia de Gozze ex Epidauri urbe in Italiam translata.
- 17) Intellige Irindum Aegiensem eiusdem puellae virum.
- 18) Sensus est: quam tu videris praestare ceteris forma, et quem aliis praestare maiestate, eos esse scias, ad quos mitteris.
- 19) Sensus est: talis forma, et talis candor novorum coniugum non potest fallere oculos tuos.
- 20) Ut securius temeraria sis, et molesta, abest, qui remisit.
- 21) Alluditur gentilitiae faciei, quam in comatae specie gestat in stemmate Baldasina familiae.
- 22) Terruit species cometae ignarum vulgus, utpote quod nesciebat esse hymenaei faciem. Cometae autem infaustum coeli signum creduntur.
- 23) Sed postquam fax, quae cometa videbatur, cognita est pro nuptiali hymenaei taeda, spes abstulit timorem.
- 24) Vidimus enim, cum degeret in collegio Clementino.
- 25) Martia arva Tibridis hic sumuntur pro collegio Clementino, quod situm est Romae in Campo Martio ad Tyberis ripas.
- 26) Fingit hic poeta, quod duo novi coniuges, antequam se nosset, saepius Fanum convenirent, Fortunam adoraturi. Fanum autem, quod hic sumitur ae-

voxe pro quolibet Fortunae templo, facit, ut dixi, inter Pisaurum et Senogalliam.

27) Alluditor fasciis aureis, quibus distinguitur stemma gentilitium novae nuptae.

28) Nempe nova soboles futura.

29) Alluditor stemmati gentilitio Baldasinae familiae, inter cuius maiores recensetur Divus Ubaldus Eugibii episcopus, cuius gratia Baldasina familia eximitur ab omnibus vectigalibus et oneribus in Pontificio dominatu.

FINIS